







600095844-








HOMERUS

SLAVICIS DIALECTIS COGNATA LINGUA

SCRIPSIT.

EX IPSIUS HOMERI CARMINE

OSTENDIT

Gregorius Dankovsky

litterarum graecarum in R. Academia Posoniensi Professor.

FOLIUM I.

ILIADOS Lib. I. 1—50.

Slavice et graece idem sonans et significans, adjecta nova versione latina et commentario graeco-slavico.





Prostat VINDOBONAE apud J. G. HEUBNER,
POSONII apud J. LANDES et ANDREAM SCHWAIGER.

1829.

Prooemion.

Graecorum et Slavorum lingua origine una eademque est.

Plato divinus (400 ante Chr. n.) de primitiva Hellenum lingua hanc memoratu dignam fert sententiam: „Antiqua Hellenum lingua, ait, *) si cum hodierna comparetur, nihil a barbarica differebat.” **)

Antiqua igitur lingua graeca non diversa fuit ab ea, qua adhuc aetate Platonis vicini Graeciae populi utebantur, et recentior sermo graecus seu Platonis aetate in Graecia vigens nonnisi majoris culturae gradu a barbarica dialecto differebat.

Neque tamen barbarica seu antiqua lingua graeca Platonis aetate penitus e Graecia evanuerat; Plato enim linguam antiquam a foeminis imprimis conservari testatur. ***)

---

*) Plato Cratyl. XXXIII. p. 290. διὰ γὰρ τὸ πανταχοῦ στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα, οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν εἴη εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νυνὶ βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέροι.

**) Barbaricam hanc nullam aliam esse, quam quae hodie nomine dialectorum slavicarum venit, ostendi in opusculo: „Die Griechen als Stamm- und Sprachverwandte der Slawen.“ Pressburg 1828.

***) Plato Cratyl. XXXI. p. 284. γυναῖκες μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φώνην σώζουσι.

Slavorum lingua hodierna eodem modo differt a graeca scriptis ad nos perlata, quo antiquum sermonem Hellenum a seriore diversum esse Plato testatur.

„Vocabula primitiva linguae Hellenum, ait Plato, *) jam consepulta sunt per illos, qui iis magnificentiam quandam conciliare volebant, dum facilioris pronuntiationis causa litteras interponerent et eximerent, inque omnes partes ea torquerent; praeterea elegantiae studium, imo ipsum tempus eo multum contulit."

Cujus Platonici effati viva testimonia exhibet lingua Slavorum, unde formas vocabulorum antiqui sermonis graeci intelligere licet.

1) Mutationem primitiva graeca vocabula subiere per interpositionem litterarum. Huc spectant e. g. bohemica vocabula cum graecis collata, ut: drzjm, δράσσομαι (drassomae) teneo. mnu, μανόω (manóo) frio, comminuo. tnů, θένω (theno) caedo. tru, τέρω (tero) tero. hřomt, χρόμαδος (chromados) strepitus. mhla, ὀμιχλα (omichla) nebula. sprchám, σπέρχομαι (sperchomae) elabor, etc.

Ejusmodi antiquae formae adhuc in Homero occurrunt. e. g. masculina nomina in α desinentia, queis seriores σ adjecerunt, ut: ἱππότα, serius, ἱππότης. Hanc antiquam Homericam formam servant Slavi et Latini, ut: lopota, quod graeco λαπιστὰ, serius λαπιστής, respondet. Porro secundae et tertiae declinationis nominibus serius ος est adnexum, ut vocabula slavica genium priscae linguae graecae servantia abunde ostendunt; e. g. στρατὸς, stráž, excubiae. δρά-

---

*) Plato Cratyl. XXVIII. p. 280. οὐκ οἶσθ' ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα τεθέντα κατακέχωσται ἤδη ὑπὸ τῶν βουλομένων τραγῳδεῖν αὐτὰ, περιτιθέντων γράμματα καὶ ἐξαιρούντων εὐστομίας ἕνεκα, καὶ πανταχῆ στρεφόντων, καὶ ὑπὸ καλλωπισμοῦ καὶ χρόνου.

κος, zrak, visus. λισσὸς, ἀ, ὀν, lisy, á, é, calvus. In nonnullis tantum σ est adjectum, ut: ὄκος, oko, oculus.

2) Mutationem primitiva graeca vocabula subiere teste Platone per exemtionem seu elisionem litterarum, quae in lingua Slavorum priscae linguae graecae conservatorum perennant. e. g. ctjm, τῖμι (tjmi) honoro. ceytjm, cytjm, ᾗσθημαι, (jsthjmae) sentio. cyðjm, ᾗθημι (jthjmi) colare. či, εἰ (i) si, an. ðjm, ἦμι (jmi) ajo. gaderny, ἀδρὸς (adros) vegetus, firmus. galowy, ἄλιος, Od. 2, 273. (alios) sterilis, inanis. garmo, ἄρμα (arma) jugum. garo, ἔαρ (ear) ver. widjm, ἴδημι (idjmi) video. idem, ἴημι (iemi) eo. wrchnj, ἄρχων (archon) supremus etc.

Cujusmodi exemtionem seu elisionem litterarum in formis temporum verbi graeci potissimum experimur, cum Slavi antiquarum formarum fideles conservatores eas retinent. Sic e. g. forma aoristi I. κόψα seu κόπσα coaluit ex kopaosam, ut Illyrii loquuntur; seu ex kopal sem, kopal som, ut Bohemi et Slavi in Hungaria enuntiant. Sic σκάξα seu σκάκσα ex skakal sem, salii; τρίψα seu τρίβσα ex třjbil sem, trivi; βησάμην ex běhal sem, cucurri etc. *)

„Possunt igitur, ait Plato, **) vocabula syllabis ita variare, ut rei ignaro diversa a se invicem esse videantur. Quemadmodum nobis medicorum medicamina, coloribus aut odoribus variantia diversa esse videntur, licet eadem sint; medico vero, utpote potestatem medicaminum consideranti eadem esse apparent, neque is his accidentalibus terretur. Sic fortassis vocabulorum scientia instructus eorum potestatem considerat, et non terretur, si *aliqua littera abundat aut transposita est aut exemta*."

Sic philologus sequentia vocabula graeca et bohemica eadem esse agnoscet, nec, cum eodem significatu polleant, minutis quibusdam varietatibus terrebitur, ut: αἰδοῖον, aud,

---

*) De evolutione formarum grammaticarum graecarum e slavicis seu primitivis linguae graecae vide in opusculo superius citato: Die Griechen als Stamm- und Sprachverwandte der Slawen.

**) Plato Cratyl. XIII. p. 351.

membrum virile. εὔπλοια, auplaw, defluxus, navigatio. εὔπλειος, Od. 14, 467. auplny, ex toto plenus. ἀταλὸς, Il. 18, 507. autly, tenellus. πόθημι, bažjm, desidero. βριθὺς, brezy, gravis, gravidus. τελώνης, celny, portitor. εὐχωλὴ, chwála, laus. τιτθὸς, cycoš, lactens. γλάφω, dlabám, excavo. δολιχὸς, Od. 4, 393. dlauhy, longus. ἔνδον, dno, fundus. δρύψις, drapsa, carptio, quae unguibus fit. δόρυ, dřewo, lignum. ἵστημι, gistjm, statuo. μηνύω, gmenugi, menugem, indico, nomino. χλαῖνα, halena, laena. ἄβα, hauba, pubes. ἑστιάω, hostjm, convivio aliquem excipio. ἕτοιμος, hotowy, paratus, promtus. ᾄσσω, házym, jaculor. κάμινος, kamna, fornax. ἄστυ, místo, urbs. χεῖμα, zyma, hyems. φωνέω, zwonjm, sono. ἄττα, tata, pater. σπάω, spjm, dormio etc.

„Antiqui nostri, continuat Plato *), litteris ióta et delta (ι et δ) frequenter utebantur; nunc vero pro ióta adhibent epsilón aut éta; (ε, η.) pro delta zéta (ζ), quasi hae litterae magnificentiores essent." Sic Bohemi j ibi adhibent, ubi Graeci τὸ η, e. g. njžina, νῆσος. Attamen et τῷ ε et η utuntur, ut: knéz, γνήσιος. Slavi Hungariae incolae é longum pro Bohemorum j longo passim adhibent. e. g. nabéham pro nabjhám, ἀνάβηκα. Unde patefit, Graecos ipsos ratione variarum dialectorum τὸ η jam ut j jam ut é seu ě, enuntiavisse.

Δ pro Z ex antiqua lingua graeca apud Slavos quoque est conservatum. e. g. Den pro Ζὴν, de quo nomine vide inferius commentarium graeco-slav. ad Il. 1, 5.

„Inter difficultates nominum graecorum etymon determinandi superius memoratas haec maxima est, quod Hellenes multa vocabula a barbaris acceperint; barbari enim nobis antiquiores sunt." **) Ex illis multis vocabulis, quae Hel-

*) Plato Cratyl. XXXI. p. 285.

**) Plato Cratyl. XXV. pag. 273. ἐννοῶ γὰρ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι XXXVI. p. 296. παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ (ὀνόματα) παρειλήφαμεν, εἰσὶ δὲ ὑμῶν ἀρχαιότεροι οἱ βάρβαροι.

lenas a barbaris accepisse ait Plato, tria commemorat, videlicet: ὕδωρ, πῦρ et κύων, quae barbaros paullulum deflectentes usurpare dicit. *) Confer ὕδωρ cum woda; πῦρ cum pyr; κύων cum honec, sl. canis subator, et vocabula slavica a graeco paullulum deflectentia conspicies, nec barbaros illos, a quibus Hellenas multa vocabula accepisse testatur Plato, alios fuisse existimabis, quam qui hodie Slavorum nomine veniunt. **) Slavorum igitur dialecti ut fons vivus, e quo Hellenum lingua promanavit, praecipuum subsidium linguae graecae intelligendae sunt; quum ejus ope primitivus nominum graecorum significatus nobis innotescat.

Graecorum enim et Slavorum lingua non solum ratione materiae, i. e. vocabulorum; verum etiam ratione formae, i. e. grammaticae tam etymologicae quam syntacticae una eademque est.

Et haec duo requiruntur, ut linguae duae tresve origine eadem dici possint. Etenim e. c. lingua hungarica e russica, illyrica, croatica, bohemica et slavica tot vocabula complectitur, ut facile duae tertiae partes hungaricae copiae verborum slavicae dici possint. Ast grammaticae hungaricae et pars etymologica et syntactica grammaticae slavicae e diametro est opposita. ***)

Hungarica igitur lingua ita parum origine slavica, ut gallica origine latina est.

Slavorum autem et Graecorum sermo origine unus idemque, natio una eademque per multos ramos divisa.

Quae Germani vocabula graeca in sua lingua habent, haec a Slavis sibi nullo non tempore vicinis adoptasse mihi quidem videntur; grammatica enim germanica a graeca et slavica est diversissima.

Quibus praemissis ad Homerum ipsum accedimus, ex

---

*) Idem ibid. XXV. p. 273.

**) Phrygas ait Plato vocabulis his uti. Sed Herodoto teste VII, 73 Phryges erant origine Thraces antea in Macedonia habitantes.

***) Non temere id assero; summo enim studio in genium linguae hungaricae plures per annos inquirebam, et, si vacaret, assertum opere demonstrarem.

quo suadente Platone primitivus vocabulorum significatus est discendus, et indoles linguae Hellenum priscae intelligenda, utpote qui vocabula peregrina seu sermoni barbarico propria adhibeat. *)

Homeri lingua et doctrina mythologica jam Platonis aetate adeo fuit impervia, ut Homeri interpretatio peculiare studium efficeret, cui viri eruditione clari vacabant. **)

Quod honorificum interpretis Homeri munus obire illi velint, qui dialectorum slavicarum indolem priscae linguae graecae referentium gnari et graece eruditi sunt. Ad quem finem litteris graecis aeque ac slavicis proficuum obtinendum si quid et ego pro modulo meo conferre sum adnisus, aequi bonique facere velis, erudite lector!

Posonii 19. *Martii* 1829.

---

*) Plato Cratyl. XI. p. 247.
**) Plato Cratyl. XXIII. p. 259.

Iliados liber I.

Nota. Linea prima slavum, secunda graecum latinis, tertia graecum graecis characteribus exscriptum textum exhibet.

Mjňeňi hádei, tegná, Pelewiada Achiléwa
Mjnin háide, thegá, Pelewiadeo Achiléwos
Μῆνιν ἄειδε, Θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
ulomené, ké z mjri Achajom žale wetjkaoje
ulomenen, ké myri Achajois zalge ethjke;
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε·
welaz bjwňewšimnych pých Adi prohabaoje
pollasd bjwthimows psychas Aidi prohiabsen
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
cheroú, gichsamich že kholeňi stuchaoje honcom
heroon, autows de heloria teuche kunessin
ἡρώων, αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
heynom tés wsjem; Dnia že celiójesa wúle;
hoionoisi te pási; Dios de telieto wule;
οἰωνοῖσί τε πᾶσι· Διὸς δὲ τελείετο βουλή·
stade wprod zastalasta hrizewšase
eskude taprota diasteten herisante
ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Atridest, páňa pannárow, ai diwý Achilléw.
Atrideste, pánax pandron, kai diwos Achilléws.
Ἀτρείδης τε, ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
Ktožt ar sé ztegných hrizeňim sobanchel máchatse?
tist ar swóe thegón heridi xunejke máchesthae?
τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

Versio latina.

Molimen cane, Arcana, Pelidae Achillei
Abruptum, quod immodicos Achaeis dolores panxit;
Multas quia late aestimatas superbas-mentes Orco proripuit
Heroum, ipsos quia denudandos tutudit canibus
Avibusque gregatim volantibus cunctis; Diei plane explebatur voluntas:
Unde primum causam egerunt rixati
Atridesque, dominus virginum sectatorum, et ferox Achilles.
Quisnam eos duos Arcanorum rixâ collisit se exagitare?

Ljtóy ai Dnia ginoš; won ar wladſelci chuliwši
Ljtóys kai Dios gyios; wo gar wasiléi cholothis
Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός· ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
nuzynu na stráz hrnul kakawú, polekali ze lůdi,
núson ana straton horse kakén, olekonto de lai,
νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, ὀλέκοντο δὲ λαοί,
poneze toho Chrysa newšimelsi horlitela
kúneka ton Chrysen etimes harjtéra
οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα
Atrides. won ar letél tuhé po nawi Achajów
Atrides. wo gar élthe thoás epi néwas Achajón
'Ατρείδης. ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας 'Αχαιῶν
lúcitmagicsit döceru, wprawek opéraca powinna,
lusomenoste thygatra, feront aperisi apoina,
λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
štépt chowage we hrstech wenkablestawého Polndňa
stemmat echon wen chersin wekebolu Apollonos
στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου 'Απόλλωνος
krásnom na skjptru, ai ljzaoje wšetek Achajów,
chruseo ana skjptro, kai lisseto pantas Achajóws,
χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ λίσσετο πάντας 'Αχαιούς,
Atrida ze zwlásté dwoch, kozmicáre ludi:
Atrida de málista duo, kosmitore laón:
'Ατρείδα δὲ μάλιστα δύω, κοσμήτορε λαῶν·
Atridai takaj ostali ocizmeni Achaji,
Atridai tekai alli eyknjmides Achaji,
'Ατρείδαι τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες 'Αχαιοί,
wám len tegni dagj Olympowé domi chowagjc,
wumin men thegi doien Olympia domat echontes,
ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν 'Ολύμπια δώματ' ἔχοντες;
wiprázňit Priamého pok, weyskemz wpokog utjkatſe.
ekpersae Priamoio polin, weyd oikad ikesthae.
ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἰκάδ' ἱκέσθαι.

Latonae et Diei adolescens; is enim dominatori irâtus
Miseriam super excubias congessit turpem, peribant sane populi,
Quia Chrysen flocci fecit zelatorem
Atrides. Ille enim citatissimo cursu venit solidas usque ad naves
Achaeorum
Uniturusque sibi filiam, inferensque suffulcientia munera debita,
Surculumque tenens in volis foras radiantis Meridiei
Pulchro super sceptro, et blanditiis consectabatur omnes Achaeos
Atridas utique imprimis duos, forti voce praeditos moderatores
populorum:
Atridaeque et reliqui ocreati Achaei,
Vobis modo Arcani dent Olympias domos colentes,
Exinanire Priami genus, cum jubilo sane in quietem confugere,

pázaj mi lúčte milé, taz powinna děkugte,
páidad emi lusate filen, tad apoina dechesthe,
παῖδα δ' ἐμοὶ λύσατε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε,
wázicesi Dnia ginocha, wenkabliskawé Poludňo.
wazomeni Dios gyion, wekebolon Apollona.
ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν, ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.
Sen ostali len wšetek podaufalisu Achaji,
Henth alli men panles epeufémjsan Achaji,
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί,
stydětse wierca, ai za gladka děkowák powinna;
aideisthae wieréa, kai aglaa dechthae apoina;
αἰδεῖσθαι ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.
al ňigak Atridi Agamemnoni lahodioje wdúmi,
all uk Atridi Agamemnoni handane thumói,
ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
ale kakawé odbioje, krutuz pak mysel wetělil:
alla kakós awiei, kraterond epi mython etelle:
ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.
Ať te, chorn, kotlawych ga pri nawách ýe chiščaju,
Mj se, geron, koileisin ego para newsi kicheio,
Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω,
il nyňi dljcého, il neskoro ešče idučého.
i nyn djthynont, i hysteron autis ionta.
ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα.
by nyňi tě ne chránil skjptr ai štěpná tegnýho.
mj ny ti u chráismj skjptron kai stemma thegoio.
μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο.
tuz ga ňigak lúčjm. prei gú ai chorawost poidě
tend ego u luso. prin min kai géras epeisin
τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
nášom we pokogi w Argegi, daleko patrjce,
hemetero weni oikoi wen Argegi, telothi patrjs,
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης,

Pusam jam mihi segregate charam, haecce munera debita grate acceptate,
Aestimantes Diei adolescentem, foras radiantem Meridiem.
Ibi reliqui quidem omnes spem conceperunt Achaei,
Reverendique fidei confessorem, et blanda grate acceptandi munera;
At non Atridae Agamemnoni arridebat in animo,
Sed turpiter expediebat, acerbam sane sententiam adjunxit:
Ne te, invalide, cavas ego apud naves apprehendam,
Vel nunc, morantem, vel sero, iterum euntem.
Ne nunc te non tueatur sceptrum et surculus Arcani.
Hanc, inquam, ego nullo modo sejungam, prius eam et invalentia pervadet
Nostro in conclavi Argis, procul propriâ terrâ

staw pogechagicú, ai móg leh nadiducú.
wiston epoichomenen, kai emon lechos antioosan.
ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.
al idi, mé ne dráždiž, zdrawý takže hněssa.
all ithi, mj m erethize, saoteros tóske nejae.
ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.
Takž žwal; désilsež ow chorý, ai zpitomél myslú.
Tos 'ewat; eddeised ow geron, kai epitheto mytho.
ὣς ἔφατ'. ἔδδεισε δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.
béhlž kogne pri tynu welewlnobitýho plesa.
bed akegon para thina polywloisboio thalassjs.
βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
welaž, opét ponekde kiwaw, horlil ow chorawý
pollad, epeit apaneythe kiwón, herath ow geraios
πολλὰ δ', ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν, ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς
k Poludni páňati, toho neykosmatšá téžioje Ljtó·
Apolloni pánakti, ton weykomos teke Ljtó:
Ἀπόλλωνι ἄνακτι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ.
Slyši mé, Sirebrotočnjku, koi Chrysu obbjhawáš,
Klythi mey, Argyrotox, kos Chrysen amwibebjkas,
Κλῦθί μευ, Ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας,
Killu téš zatagenú, w Tenedé téš bjwne panugeš,
Killan te zathegen, Tenedoio te bjwé panasseis,
Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Smintéw; či poté ti šwárne po nágem kreywosam,
Sminthéw; i poté ti charient epi negon kerewsa,
Σμινθεῦ! εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
il kedi poté ti kod pjcnata biedra okadil
i keidi póté ti kata pjona mjri ekeia
ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
bykow tydi koz, tože mi hrani hledáni:
tauron tjd aigón, tode mi kreieinon heeldor:
ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.

Jugum textorium percurrentem, et meum lectum frequentantem.
Sed i, ne me irrita, sanus ita ut te moveas.
Sic fatus; territus est sane hic invalidus, et cicur factus sententiâ.
Fugit utique leniter penes septum undosi alti.
Multum certe, denuo hic inde nutans, ardenter lamentabatur hic invalidus
Meridiei domino, hunc comata fructum percepit Latona:
Audi me, Argenteo-circule, qui Chrysen circumcursas,
Cillamque occultam, Tenedique late dominaris,
Smitheú; si hactenus tibi venuste hospitium cooperui,
Aut quodsi hactenus tibi penes saginatos lumbos fumo opplevi
Taurorum et caprarum; hocce mihi termina desiderium.

tjšá Danai mé krhi twymi bleskmi.
tjsian Danai emá dakrya soisi belessin.
τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.
Takž zwal wzdeychage; tohož uslyšel Wábec Poludńi,
Tós ewat eychomenos; tud eklye Wóibos Apollon;
ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος 'Απόλλων.
béhl ze kod Ulympýho kragin chwégése krwj,
be de kat Ulympóio karjnon chowomenos kjr,
βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ,
točnjk ramami chowage, obkroweni téë futrál.
tox omoisin echon, amwjrewéa te faretren.
τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.
hlučaliž porád hadzaci po ramah chwégjcjhose,
eklanxand ar hoisti ep omon chowomenoio,
ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο,
samýho kjnutého. wonž išioje nošči okolný.
autu kjnethéntos. wod iie nukti eoikós.
αὐτοῦ κινηθέντος. ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς.
hačal opét poněkadé od naw, medž kigác bauchel;
hezet epeit apaneythe newon metad kigon bejke;
ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε.
désný ze hláhol hnalse sirebrnýho bića.
deini de klange genet argyreoio bioio.
δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο:
hřebcow len wpřod pogechaoje ai honcow wrhkich
huréas men próton epoicheto kai kunas wargows
οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπώχετο καὶ κύνας ἀργούς.

Leniant Danai meam lippitudinem tuis radiis.
Sic fatus suspirans; hunc sane audivit Alleotor Meridies;
Cucurritque penes Olympi margines palpitans sanguine,
Arcum humeris gestans, circumtectamque pharetram.
Personuere protinus missilia in humeris palpitantis,
Ipso commoto, is vero ibat nocti similis.
Sedebat rursus in aliquo loco a navibus, intro fustem cum fragore misit;
Horrificus sane sonus propellebatur argentei nervi.
Admissarios quidem primum pervadebat et canes alacres.

COMMENTARIUS
graeco-slavus in Iliados librum I. *).

1. Μῆνις, *ira permanens*, juxta interpretationem grammaticorum, qui τὸ μῆνις a μένω, *maneo*, deducunt. Ast quo modo in μένω, *irae* vestigium deprehenderint, me quidem fugit. Alii a μαίνω, μαίνομαι, *furo*, derivant. At Achilles non fuit, ut Ajax, μαινόμενος. Vivit Homericum μηνίω, dorice, μήνιμι hodieque in Slavorum lingua, nempe, mjnjm, boh. mjňim, sl. (ubi τὸ η per longum j accurate expressum observes) et significat „consilium aliquod animo volvo, aliquid intendo, molior.“ Nec Latini hoc vocabulum ignorant, ut: „Multa et praeclara minantis. Horat. Sat. II., 3, 9. i. e. molientis, intendentis. Phaedr. IV., 22, 4. Magna mineris i. e. moliris.“ Sic Od. 17, 14. ὁ ξεῖνος δ' εἴπερ μάλα μηνίει, ἄλγιον αὐτῷ ἔσσεται. Hospes si multa molitur, intendit, dolorosius ei accidet.“ Profecto de *ira permanente* mendici hic loci non est sermo. Et Il. 5, 177—178. εἰ μή τις θεὸς, κοτεσσάμενος Τρώεσσιν, ἱρῶν μηνίσας. Nisi quis deus est iratus Trojanis, sacrificia molitus. Hoc sensu Ovidius „moliri triumphos“ dixit. Μῆνις igitur et τὸ μηνίειν, to mjněnj boh. miňeňi sl. consilium aliquod animo agitatum, molitionem, molimen, intentionem, denotat. Confer Od. 3, 135. 11, 72—73. 16, 378, Il. 9, 513. 22, 358. 16, 60—62. 200—202. 281—282. 1, 422. 18, 257. 5, 772. 7, 320. Moliebatur autem Achilles, ut Trojani Achivis superiores fierent, et strage Achivorum facta Agamemnon intelligeret, quam vehementer peccaverit, quod praestantissimum Achivorum (Achillem) non honoraverit. Il. 1, 408—412.

Ἀείδω, (cum α longo, hymn. in lunam, 1.) et ᾄδω, Anacr. I., 1. gadaju, ill. ȟádám, boh. sl. autem doricae for-

*) Boh. bohemicam, cr. croaticam, ill. illyricam, mor. moravicam, pol. polonicam, russ. russicam, sl. slavicam in Hungaria, vind. vindicam dialectum denotat.

mae ᾄδαμι, respondet, ubi apostrophum τῷ α impositum elisionem τοῦ g aut h, in prisca lingua auditi, denotat. Hádám non simpliciter „canere" significat, sed „augurari, auspicari, divinare, praedicere, vaticinari, dein generatim, canere, celebrare" Hinc ἀοιδὸς, hadač, boh. sl. divinator, fatidicus, vates. Imperativus hádej seu hádey boh. hádai seu hadag sl. ut et ipsum praesens hádám praeter ἀείδω, ᾄδω etiam ἀδέω et ᾀδάω in usu fuisse, testimonio sunt, quemadmodum penes λέγω, φέρω et λέγημι, φέρημι dicebatur. Sed et ἄειδε, ᾆδε emolliente sono concludebatur, quod viva vox Bohemi, qui ϱ finale per sonum g emollit, demonstrat, nam dicit hádeg, pronuntia hádej. Germanus ei ut ai enuntiat e. g. leiden. Ita quoque Slavi hádai pro Bohemorum hádej usurpant.

Θεὰ et Θέαινα Il. 19, 101. cui posteriori formae tegná, boh. (pronuntia teina) tagná, sl. (tainá) tayná, pol. tainaja, ill. russ. arcana, occulta, respondet. Formae Θεὸς, Θεὰ, apud Slavos quidem non occurrunt, ast forma tegney seu tegny, tegná, tegno, τῷ Θεινὸς, ὰ, ὸν, respondens, est usitatissima; et Θέαινα cum tegná, tagná, convenire, in aprico est. Haec est primitiva apud Slavos conservata τοῦ Θεινὸς, Θεὸς, Θεὰ, Θέαινα, indeque derivatorum, vis. Quid enim magis arcanum occultumque est quam deus? — Cujus *arcani* numinis cultus adhuc S. Pauli aetate in Graecia viguit, quum enim doctor gentium Athenis versaretur, aram „Ignoto deo" sacram deprehendit, et postmodum in Areopago constitutus ad Athenienses sic est locutus: „Quem vos, ajebat, Athenienses," *ignorantes* colitis, hunc ego vobis annuntio. Vide Act. 17, 22—24. En vim τοῦ Θεὸς, utpote *arcani*, *occulti* et in Graecia religiose conservatam. Et Slavi hodieque hoc vocabulo ad mysteria divina, quae humanus intellectus haud assequitur, designanda utuntur. Sic Illyriis taina, tainstwo; Bohemis tagemstwj, mysterium (sensu ecclesiastico) dicitur. Hinc Θεοπροπέω, Θεοπρόπημι Il. 1, 109. tegno prawjm, boh. arcanum dico. Etymon est tagjm, boh. sl. taju, ill. celo, occulto, tego, cum τέγω, στέγω, lat. tego, conveniens. Cum τὸ Θ serioris originis sit, primitus τεὸς seu potius τεγὸς pro Θεὸς scribebant. Ad quod Plato non advertens τὸ Θεὸς a Θέω, curro, deducit; quod primi homines astra currentia pro diis habuerint.

2. Ὄλλυμι, lomjm, boh. sl. frango, confringo, rumpo, ut: Il. 8, 498, νῆας ὀλέσας, nawi lomjwši, navibus confractis 2) caedo, ut: Il. 10, 201. Ἕκτωρ ὀλλὺς Ἀργείους, caedens Argivos. Il. 4, 451. ἀνδρῶν ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων, virorum caedentium et caesorum, ὄλλυμαι, lomjm se, frangor, confringor, pereo, ut; Il. 3, 428. ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι, lomitse, confringi, perire. Conf. Il. 4, 409. οὐλομένος, α, ον, ulomeni,

á, é, boh. sl. defractus, abruptus. Sic Il. 19, 91. Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται οὐλομένη. Dnia dcera Wáda, ti wšechny zawádj ulomená. Diei (Jovis) filia rixa, quae omnes in errorem inducit, defraudat abrupta, i. e. rixae terminatae sequela est jactura, damnum. Eodem modo μῆνις οὐλομένη, molimen abruptum; nam molimen, quod Achilles Agamemnoni moliebatur, fuit *abruptum*, dum ille cum hoc in gratiam rediens se suosque Achivorum copiis adjungeret. De quo vide Il. 19, 55—73. Et hac ratione duobus his vocabulis „μῆνιν οὐλομένην“ totius carminis argumentum indigitatur, nempe eorum, quae ante et post Achillis molimen abruptum Graecis Trojanisque concertantibus evenerunt, οὐλόμενος, perniciosus vulgo interpretantur contra linguae graecae indolem; nam οὐλόμενος est is, qui confractus, abruptus est, qui perivit. Ut penes κοῖος etiam οἷος scribitur; ita κὸς et ὅς scribebatur, κοῖος, α, ον seu οἷος, α, ον respondet ill. koi, koja, koje; κὸς vero seu ὅς, κὰ, seu ἅ, κὴ seu ἥ, κὸ seu ὅ respondent ill. kí, ká, ké, lat. qui, quae, quod. Ut Latini τὸ qui, ita Slavi τὸ koi, kí ut pronomen relativum et interrogativum adhibent. Μυρία respondet, boh. zmjri, immodicus, ubi υ longum per longum j accurate expressum observes. Confer Il. 21, 320. 18, 88. Od. 24, 283. ἄλγος, žalos, ill. žal, žalost, sl. dolor, moeror (apostrophus τῷ α impositus elisionem τοῦ ζ primitivi in sl. lingua conservati indicat) ἔθηκα et θῆκα, wtjtám, sl. pono, pango, incutio, planto, oteytám, otytám, boh. circumpono, occupo, circumplanto τῷ ἀμφίθηκα, respondet. (Τὸ η per longum j aut y expressum animadvertas) Praesens τίθημι, tisnem, sl. impono, imprimo, cum vi impono, ingero. Confer Il. 13, 732, 16, 262. 7, 44. 10, 30. Diversum est θένω θείνω Il. 17, 430. 20, 481. cui boh. tnu, caedo, seco, decollo, respondet.

3. Πολλὰ, wela, sl. multum, πολύς, πολλή, πολύ, weli, á, é, sl. multus. Sed weli raro usurpatur. (Observa π hac in voce ut w a Slavis enuntiari. Sic π et φ, quod posterius sl. w respondet, in graecis quoque dialectis variant, e. g. ἀμπιστατὴρ et ἀμφιστατὴρ) δὲ, že, quia (ζ pro δ Aeoles usurpant) ἴφθιμος, compos. ex ἶφι, bjwńe, sl. ample, prolixe et τιμὴ seu τιμάω, dorice τίμαμι, wšjmám, boh. (ubi ι longum per j expressum observa) aestimo, magni facio, rationem habeo, ut ἴφθιμος sit, longe lateque aestimatus, et ortum ex wjbńe wšjmni. Et ἴφιος, ία, ιον, bjwni, á, é, largus, amplus, uber, ut: Il. 5, 556. ἴφια μῆλα, larga, ampla, ubera pecora. A bjwni hungaricum *höv* originem traxit. (apostrophus τῷ ι impositus elisionem τοῦ β indicat). Nec obest elisio τοῦ ε in praecedente δὲ; nam et Slavi že vel ž promiscue scribunt. ψυχὴ, dor. ψυχὰ, spiritus, hinc 1) physica vita, ut: Il. 22, 325. 2) principium vitae, anima, animus, ut: Il. 23, 72.

3) animus elatus, ferox, fastus, superbia, ut latinis spiritus. Sic Isocr. θηρίων πὰς ψυχὰς ἡμεροῦμεν. Hoc significatu душа, boh. τῷ ψυχὰ, respondet. Et hic loci elatos, superbos heroum animos indigitasse Homerus putandus est. (u longum et in boh. weyſſa seu wyſſa, observa) Spiritum, i. e. halitum 2) animum Slavi vocant duch, cujus etymon est duſem, odugem, sl. spiro, inflo (de homine) quod τῷ ὀδύω, respondet. ut; Od. 1', 62. τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο; odulsisa, sl. inflatus, iratus es.

'Αϊς, 'Αΐδης, ᾅδης, Ад', ill. russ. Orcus.

Προϊάψεν compos. ex πρὸ et ἰάπτω seu ἰάβω, ut βλάπτω et βλάβω Il. 19, 82. 166. Od. 13, 84. ἰάπτω vel potius ἰάβω respondet sl. habem, habám, rapio, corrado, corripio, colligo, diripio, aufero, ut: Aeschyl. Sept. 301. ἰάπτουσι χερμάδα ἐπὶ πολίταις, corripiunt lapidem in cives. Ag. 507. τόξοις ἰάπτων βέλη ἐς ἡμᾶς, arou rapiens jacula in nos. Quint. Smyr. 6, 546. τοῦ δ' οὐ χρόα καλὸν ἴαψεν, hujus pulchritudinem non rapuit. Confer Od. 4, 749. προϊάπτω seu προϊάβω, prohabem, proripio, ut: Il. 6, 487. οὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἄϊδι προϊάψει, praeter fatalem necessitatem me proripiet orco, in orcum.

Confer Il. 5, 190. 11, 55. Aoristi. I. προϊαψα, forma primitiva προϊαβσα in prohabaosam, ill. prohabal som, sl. prohabal sem boh. compareat. Cum ἰάπτω cognatum est ἅπτω, ἅπτομαι, chápem, chápem sa, sl.

4. Ἥρως, cheroi, iroi, ill. hrdaus, boh. hrdoš, sl. hrdina, boh. hrdina, sl. heros. αὐτὸς, deficit in slav. pro quo adhibent sám, sama, samo, quod τῷ αὐτός, ά, όν, respondet. δὲ, že, vero. Slav. že, ut graecum δὲ frequentissimi usus est vique omnino significante pollet, quae magis sentiri quam accurate reddi potest.

Ἕλωρ et ἑλώριον, corpus nudatum, spoliatum, ut Il. 18, 93. Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα ἀποτίσῃ, ut Patrocli corpus nudatum, spoliatum placet. Forma τῷ ἑλώριον respondens Slavos deficit, hinc substantivum verbale holení, sl. denudatio, spoliatio, substituimus. Etymon est ἑλέω, ἕλημι holím, nudo, spolio, adimo; hinc ἀφελής Anacr. 37, 29. nudus.

Τεύχω, štauchám, štuchám, mor. sl. tundo, tundendo ferio, pungo. Classicus locus est Od. 20, 108. ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἄλειατα, in farinam tundentes. Od. 20, 366. νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος, mens tusa i. e. firma, τετυγμένος κρητὴς, tusus crater.

Κύων, honec, sl. canis erro, subator.

5. Οἰωνὸς, hegnó boh. hegno sl. aves gregatim volantes, τε, též, boh. též, sl. item, etiam, quoque, πᾶς, was, ill. wes, russ. omnis (π ut w, sicut in πολὺς enuntiatum observa) Ζὴν et Δὴν, aeolice Ζὰν, Δάν, genit. Ζηνός, Δηνός, Ζα-

νὸς, Δανὸς, Διὸς, Dzień, genit. dnia, pol. Dan, ill. den, boh. den, sl. dies, Hic est primitivus apud Slavos conservatus τοῦ Ζὴν, Δὴν, significatus. Postmodum Δὴν ad numinis dignitatem est elevatus. Hinc Romanis Diespiter, quasi diei pater; et Bohemis audnj, dies innubis, serenus. Graecis itidem εὔδια, ευδιανόν. En primitivam τοῦ Δὴν, Διὸς, vim et in graeca lingua conservatam. Aliud nomen est Ζεὺς, čas, tempus, aëris temperies, Tempus, Graecis Ζεὺς, Slavis Čas, postmodum numinis dignitatem consecutum fuisse, testis est Homerus Il. 15, 192. Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι. Hinc eventus adscribebant tempori et diei prisci. Sic belli Trojani initia adscribit Homerus tempori seu diei. quo ea contingere necesse fuit. Od. 8, 81—82: τότε γάρ ῥα κυλίνδετο πήματος ἀρχὴ Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι; Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς; Plato (in Cratylo p. 254.) Ζεὺς a ζάω, ζῆμι, quod sl. žigem, vivo, respondet, derivat. βουλή, wůle, boh. voluntas.

6. Ἐξ οὗ δὴ, ſkadě, sl. unde. τὰ πρῶτα, wpřed, pol. primum. διïστάνω, zaſtanu, boh. zaſtanem, sl. causam ago, defendo, tueor, διαστήτην dualis respondet vind. duali zaſtaſta. Ceterum ζα est aeolicum pro διά. ἐρίζω, hryzu, boh. gryzu, ill. hrizem, sl. grizem, vind. rodo, mordeo, tropice, altercor praesertim in voce media, hrizem ſe, ἐρίζομαι. Aorist. I. ἐρίσας, ασα. αν, vind. grizewši, a, o. Dualis ἐρίσαντε, vind. grizewšase. Hinc substantivum verbale to hrizenj, sl. τὸ ἐρίζειν seu ἔρις, contentio, rixatio 2) remorsus conscientiae, Graecis ἐριννύς.

7. Ἄναξ, aeolice Ϝάναξ (v. Friderici Thiersch, Griechische Grammatik, Leipzig 1818 p. 187.) genit. ἄνακτος, pána, genit. pánata, sl. pánek, panáček, boh. dominus. ἀνὴρ, aeolice, Ϝανὰρ (v. Frid. Thiersch. Gr. Gram. p. 187.) pannář, boh. puellis, foeminis deditus, easque sectans, i. e. vir. Quae primitiva τοῦ ἀνὴρ vis est. Καὶ, ai, sl. et, etiam, δῖος, α, ον, diwey, diwy, á, é, mor. boh. ferox, animosus, Confer lat. divus.

8. Τίς τε et τός τε, cui posteriori formae respondent, kdozto seu kdozt boh. kto zto, kto zi, ill. pol. quis, k in vulgari sermone auditum fuisse, testimonio est lat. quis. ἄρ, ar, cr. nam. σφῶε, sie, pol. ſebe, boh, sé, vind. se. ut Homerus ita Slavi hoc pronomine reciproco pro demonstrativo utuntur, Θεὸς v. Il. 1, 1. ἔρις, v. Il. 1, 6.

Ἱέω, ἵημι, bigu, mor. bigem, sl. (ubi spiritus asper τοῦ β vices agit) ico, ferio, ut: Il. 2, 774. δίσκοισι ἱέντες, desťámi bigice. 2) Ictu indico, sono. Sic Il. 3, 152. de cicadis sonum edentibus, ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι 3) spectare rem, appetere rem. instare e. g. on len na peňáze bige, tantum pecuniam quaerit. Sic Il. 2, 589. μάλιστα δὲ ἵετο θυμῷ τίσα-

σϑαι Ἑλένης ὁρμήματα. Confer. Il. 20, 69. 10, 529. Od. 17, 5, Aor. I. ἧκα, ἧκα respondet boh. hauchám et ξυνέηκα, συνέηκα τῷ ſubauchám, ſobauchém, ſhauchám, collido, concutio.

Μάχομαι, machaju, ill. máchám, boh. máham cr. mahnem, vind. manum ad ictum dandum elevo, hinc Graecis, pugno, máchám ſe Bohemis nunc „in aqua se exagitare" significat.

9. Λητὼ juxta Platonis interpretationem (in Cratylo p. 268) a misericordia nomen habet, hinc boh. ljto, respondet, Διὸς, v. Il, 1, 5. υἱὸς et ἶνς, ginoš, ginošec, sl. boh. puer, adolescens. Unde Hungar. inas. ὁ, on, won, sl. boh. mor. is, ille. ὁ Homericum respondere slavico on seu won, testimonio sunt casus obliqui ἕο, geho, boh. jego, pol. ejus; οἱ, gi, boh. ei; ἕ, geg, eum, ge, id. Diversum est ὁ, hic, ill. ow, respondens. γὰρ, ar, cr. enim. βασιλεὺς, wladjelec, ill. supremus dominator, χολοῦμαι, chulju, ill. russ. imprecor, diris devoveo, irascor.

10. Νοῦσος, nauze, nuzyna, boh. miseria. ἀνὰ, na, super. στρατος, ſtraža, ill. russ. ſtraha, sl. stráž, boh. excubiae, vigiliae militares. ὀρνύω, ὄρνυμι, hrnu, boh. hrnem, sl. congero, volvo cum impetu; ὄρνυμαι, hrnem sa, celeriter feror. Aorist. I. ὦρσα, ortus ex hrnul ſom. κακὸς, ὰ, ὸν, kakawy, á, é, sl. cacatorius, turpis. Confer κακάω cum kakám, sl. et caco, lat. ὀλέκομαι, lekám, polekám, sl. morior, intereo (de piscibus). λαὸς lid, boh. lud, sl. ljud, ill. populus. Germ. Leute a Slavis adoptatum.

11. Οὕνεκα, poneža, ill. quoniam. τὸν, toho, boh. těho, sl. hunc. τιμάω, dor. τίμαμι, wšjmám, boh. rationem alicujus habeo, aestimo; ἀτιμάω. ἀτίμαμι ex ani wšjmám, neque aestimo, ortum est; nam ani graeco ἄνις respondet et α privativum est ἄνις decurtatum. Slavi particula ne, νη utuntur, e. g. newinň, culpae expers, quod et Graeci faciunt, ut: νήποινος. Aor. I. τίμασα, τίμησα ortus ex wšjmaoſam, ill. wšjmalſem boh. Ceterum observa ι longum per j expressum, τ et σ vere et in graecis dialectis variare, notum est,) ἀρητὴρ, horlitel, boh. zelator, propugnator, imprimis fidei. v. Il. 1, 35.

12. Ὁ γὰρ. v. Il. 1, 9. ἦλϑε et ἤλυϑε, letioje; ill. letěl, boh. sl. celeriter ivit, volavit. Deficiente praesentis graeci forma in boh. sl. letjm, rapido cursu feror, volo, superest. ϑοὸς, ὰ, ὸν, tuhey, tuhy, á, é, rigidus, firmus, tenax, fortis, asper, vehemens, ut: μάχαι ϑοαί, Pind. asperae, vehementes pugnae, πόσε φεύγετε νῦν ϑοοί ἐστέ. Il. 16, 422. nunc firmi este, ne cedatis. νῆσοι ϑοαί, Od. 15, 299. insulae asperae. νῆες ϑοαί, naves firmae, solidae. Etymon est ϑοάζω, tužjm; boh. firmo, stabilio, ut: ϑοάζειν εἰς ἕδρας, Aristoph. Thesm. 896. stabilire in sedes. Huc spectat ϑύνω, tuhnu,

boh. tuhnem sl. rigesco. Diversum est θοάζω, tauzjm, boh. anhelo, desiderio rei incendor, ut: θοάζει δεῦρο Κασσάνδρα δρόμω, Eurip, Troad. 307. cursu huc anhelat, θοάζων αἰθέρος ἄνω καπνὸς, Eurip. Or. 15, 65, fumus adpetens supra aetherem. ἐπί, po, usque ad (cum accus. ut ἐπί) Confer. lat. pone, post. ναῦς, νῆυς, nawa, pol. navis.

13. Λύω, λύζω, fut. λύσω, laučjm, boh. lúčjm, sl. (ú longum ut in λύω) separo, segrego, divello unum ab alio, λύομαι, lúčjm si, segrego mihi, unior cum aliquo, λυσόμενος ortum ex sl. lúčiť magesť, segregaturus, uniturus sibi. θυγάτηρ, dcera boh. céra, sl. dščera, ill. cora, pol. ććer, cr. quae nomina τῷ κόρη, κούρη, puella, magis convenire videntur. Confer germ. Tochter.

Φέρω et φόρημι Il. 2, 107. wpravujm, boh. fero, infero, φέρεσθαι, Il. 20, 172. wprawitse, ferri, (φ alioquin π aspiratum est.) ἀπερείσιος, α, ον, opéraci, opjraci, á, é, sl. adminiculo serviens. Sunt ea, quae preces recuperandae filiae causa factas suffulciant. Etymon est ἀπερείδω (opjrám, sl. boh. suffulcio) fut. ἀπερείσω, inde ἀπερείσιος. Vulgo ex πέρας, πεῖρας, terminus et α privativo deducunt, ut sit ἄπειρος, indeterminatus, indefinitus, finem non habens, a quo ἀπειρέσιος, per metath. ἀπερείσιος. Ast perperam. Confer Il. 19, 138, ἄποινον, powinno seu powinnosť, boh. sl. illud, quod debetur, ad quod aliquis dandum vel praestandum obligatur, obligatio, officium, munus. Confer Il. 19, 138. 22, 349. 24, 594. ἄποινον decurtatum est ex ἀπόποινον, nam ποινή, ποινὰ respondet sl. wina seu winna, culpa, crimen, peccatum, ut loca Homeri abunde ostendunt, e. g. Il. 13, 659. 14, 483. 3, 290, 9, 629. Vulgo ποινή explicatur, pretium solutum, compensatio noxae redimendae causa; vide Heyneum ad Il. 9, 629. At nec ex Il. 18, 498. proficiunt interpretes, nam δύο δ' ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς ἀνδρὸς ἀποφθιμένου, significat: Duo viri ob culpam viri occisi altercabant, quorum alter se pro culpa hac omnia reddidisse, asseverabat, alter se aliquid accepisse negabat. Cognata sunt φόνος, φονὸς, wogna, boh. bellum, caedes.

14. Στέμμα et στέφος, cui posteriori formae štěp, boh. ščep, sl. surculus insititius, nobilitans, hinc Graecis, corona, respondet. Etymon est στέφω, štěpjm, boh. ščepjm, sl. insitionem facio, arborem nobilito, nova corona instruo; hinc generatim, nobilito seu corono, ut: Il. 8, 170. μορφὴν ἔπεσι στέφει θεός

Ἔχω, chowám, boh. sl. teneo, gesto, sustento, colo. ἐν, wę, boh. sl. in. χείρ, hrst, boh. hrsť, sl. manus vola ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος et ἑκατηβελέτης, compos. ex ἕκας, wenka, sl. foras, extra, ut: νηῶν ἕκας ἤλθομεν, Homer. extra naves, procul navibus. βέλος, fulgor, fulmen, Il. 24,

759. et Herodot. βέλος ἀνέσκηψε θεὸς, respondet boh. sl. blesk, fulgor, nitor, splendor solis 2) βέλος, dolor, Il. 8, 513. 14, 432. respondet. ill. bol, boles, boh. sl. bolest. Porro βολέω, βόλημι, (ut: Il. 9, 3. πένθεϊ δ' ἀτλήτῳ βεβολήατο πάντες ἄριστοι. Confer Od. 10, 247.) respondet boh. sl. boljm, dolore afficio, dolorem adfero. Ἑκηβόλος igitur wentablistat, foras fulgurans, foras, procul radios suos emittens, reddi potest. Ἀπόλλων, Polden, ill. poledne, polüdno, sl. meridies, Graeci euphoniae gratia ld in λλ mutarunt. Sol meridianus radios in omnes plagas diffundit, hinc ἑκηβόλος. Plato de significatu τοῦ Ἀπόλλων (in Cratylo p. 266) varia comminiscitur.

15. Χρύσεος, et χρύσινος, venustus, formosus, nitidus fulgidus, ut: Il. 22, 470. χρυσέη Ἀφροδίτη. H. in Apoll. 205. χρυσοπλόκαμος, fulgidis crinibus praeditus Apollo, Poldeň, meridies, χρύσεος, hoc primitivo significatu, respondet boh. krásney, krásny. (Observa υ longum τῷ α longo convenire, nam υ et α etiam graeco variat, ut: γλύφω et γλάφω.) χρύσεος ob fulgorem etiam aureus, dicitur. ἀνὰ, na, super. σκῆπτρον, skjptr, russ. ill. sceptrum. λίσσομαι, lisám, boh. ljžu, il. lambo, blandior. Cognata sunt λείχω et lingo. πᾶς, v. Il. 1, 5.

16. Ἀτρεΐδα, dual. in vind. quoque in a terminatur. μάλιστα, zwlaště, sl. separatim, seorsive, singillatim 2) praecipue, maxime, imprimis. δύω, dwa, duo. κοσμήτωρ, kozmičar, sl. juvenis forti voce praeditus, hinc ad imperandum exercitui idoneus moderator. λαὸς, v. Il. 1, 10.

17. Τεκαί, takaj cr. et, etiam. ἄλλος, ostalyi, ill. reliquus. κνημίς, čižma, sl. ocrea (k enim a plebe nonnunquam ut č pronuntiabatur, ut: čugem, ἀκούω, audio; čerešeň, κέρασος, cerasus) εὐκνημίς, sl. očižmeni, ocreatus, respondebit.

18. Ὑμῖν et ὔμμι, wám, vobis. μὲν, len, qualitercunque. θεὸς, v. Il. 1, 1. δίδωμι, διδόω, δόω, daju, ill. dám, boh. sl. do. δῶμα, dóm, sl. dům, boh. domus, ἔχω, v. Il. 1, 14.

19. Πέρθω, πράθω, πόρθημι, prázdnim, boh. prázdním, sl. exinanio, evacuo. πόλις, pol, ill. genus, coetus hominum propagationis causa unitorum, Graecis πόλις, civitas, urbs. εὖ, weysken, cum jubilo; hinc εὐάζω, weyskám, jubilo. οἶκος, pokog, boh. sl. conclave, cubiculum 2) quies, pax. ἵκω, ἵκομαι, ἱκνέομαι, utjkám se, confugio, me recipio Confer. Il. 8, 192. 9, 56.

20. Παῖς, παιδὸς, ὁ, ἡ, puer, puella, filius, filia, pážа, genit. pážata, puer. Cum páža sit generis neutrius, etiam pro puella, sumi potest. Confer lat. pusa. μοι, mi, sl. mihi. λύω, v. Il. 1, 13. φίλος, miley, mily, á, é, charus (μ et π hinc et Φ in graeco quoque variant, e. g. ὄμματα et ὄππατα) τὰ, ta,

haec. ἄποινα, v. Il, 1, 13. δέχομαι, ion. δέκομαι, dětugi, boh. dětugem, daťugem, sl. grato animo accepto 2) gratias ago.

21. ἅζομαι, wážjm si, boh. sl. aestimo, magni facio. Διός, v. Il. 1, 5. υἱός, v. Il. 1, 9. ἑκηβόλος Ἀπόλλων, v. Il. 1, 14.

22. ἔνθα, onda, cr. tunc; hen, sl. ibi. ἄλλος, v. Il. 1, 17. μὲν, len, solummodo, quidem. πᾶς, v. Il. 1, 15.

ἐπευφημέω, poausám, podausám, boh. poúsám, podúsam, sl. bona ominor, spero; εὔφημι, εὔφαμι, ausám, úsam. Confer Il. 9, 171.

23. αἰδέομαι, stydjm se, boh. stiďim sa, sl. wstydzim sie, pol. styzh sja, ill. vereor, verecundor. ἱερεύς, wierec, wěrec, boh. credens, fidei confessor, hinc sacerdos. ἀγλαός, hladký, boh. sl. gladkyi, ill. laevis, perpolitus, splendidus. ἀγλαΐζω, Il. 10, 331. glaʒu, ill. δέχομαι, ἄποινον, v. Il. 1, 20.

24. ἀλλά, ale, boh. sl. sed. οὐκ, deficit in sl. cui substituimus nigať, sl. neutiquam. ἀνδάνω, ἅδω, ἁδέω, ἅδημι, lahodjm, boh sl. cum accusat. adlevo, lenio; ut apud Homerum: οὐδὲ ὁ Ζεὺς ὕων πάντας ἀνδάνει. Cum dativo: placeo, arrideo, blandior, suavis, amoenus sum. Diversum est ἅδω, Fut. ἅσω, hasjm, boh. sl. sedo, mitigo, extinguo, e. g. sitim, famem. θυμός, duma, russ. dúmě, boh. (u et u longa animadverte).

25. ἀλλά, v. Il. 1, 27. κακῶς, zatáwe, sl. turpiter, v. Il. 1, 10. ἀφίημι, odhigem, sl. repello, retundo, v. Il. 1, 8. κρατερὸς, ά, όν, krutey, kruty, á, é; krutni, á, é, sl. acerbus, austerus, torvus, severus, crudelis. ἐπί, pak, insuper. μῦθος, cogitatio, sententia, propositum, ut: Il. 1, 575. Od. 4, 676. respondet boh. mysl: sl. mysel, ill. miso. ἐπιτέλλω, wtěljm, boh. sl. adjungo, copulo.

26. μή, in sl. deficit, pro quo ne, ni, ut Latini ne, graeco νη respondens, adhibent. σε, dorice, te, té, boh. te. γέρων, chorey, chory, boh. sl. morbidus, macilentus, invalidus, quales senes esse solent. κοῖλος, kotlawy, boh. cavus. ἐγώ, ga, ego. παρὰ et παραὶ, pri, sl. apud. ναῦς, νῆυς, v. Il. 1, 12. κιχείω, κιχέω, κιχημι, κιχάνω, chytjm, boh. sl. chiščajn, russ. capio, comprehendo. In voce media κιχημαι, ut chytjm se, genitivo jungitur, ut: Il. 6, 187. ὅς ταὐτοῦ βέλος ὠκὺ κιχημένου ἔτραπεν ἄλλῃ, kei toho to blest ochotni chytagicjse trepal ginam, qui telum velox hunc jamjam adsequens aliorsum icit.

27. ἤ, ili, il, ill. cr. aut. νῦν et νυνί, nyni, boh. nunc. δηθύνω, dljm, boh. moror (ν et λ et in graecis dialectis variant) ὕστερον, deficit in sl. et ὕστατα, Il. 1, 232. respondet, sl. ostatne, postremum. Forsan ex ὕστερον, Slavi nesz koro, sero: serotim, afformarunt. αὖτις, cognatum τῷ ἔτι, ešče, sl. eště, mor. gëště, boh. adhuc, iterum, ἴω, εἶμι, ἵημι, Il. 19, 209. idem, sl. eo.

28. νυ, nynj, boh. nunc. τοι, ti, ti, sl. tibi. χραισμω, χραισμέω, chránjm, boh. chránim, sl. tutor, custodio, defendo, averto. Confer Il. 1, 241. 566. 589. 7, 143. 11, 360. 2, 296. σκῆπτρον v. Il. 1, 15. στέμμα, v. Il. 1, 14. θεός, v. Il. 1, 1.

29. τὴν, tu, hanc. λύω, lúcjm, segrego, valedico. Confer Il. 1, 13. πρὶν, prw, boh. prei, vind. prius. μιν et νιν, nu, sl. eam. γῆρας, choravost, boh. sl. infirmitas, macies, invalentia; hinc senectus. ἔπιω, ἔπειμι, poidem, sl. pervadam.

30. ἡμέτερος, deficit in sl. ἐνὶ, v. Il. 1, 14. οἶκος, v. Il. 1, 19. τῆλοθι, dorice, τάλοθι, daleko, procul. (genit. regit ut τῆλοθι) πάτρη et πατρὶς, patrjca, (subintelligitur zem. terra) terra ad aliquem spectans, patria. Etymon est ἀπαθρέω, patrjm, sl. intueor, adspicio 2) ad aliquem specto, sum alicujus.

31. ἱστὸς, stav, boh. sl. jugum textorium. ἐποίχομαι, pogechám, boh. pogachám, sl. vado post aliquid, obeo. ἐμὸς, mój, sl. meus. λέχος, leh, sl. lustrum, cubile ferae, lectus. ἀντιάω, nabidem, sl. deverto, praevenio, antevenio, frequento.

32. ἀλλὰ. ale, boh. sl. al, cr. sed. ἴθι, ibi, cr. id, ic, sl. i. με, me, boh. ma, sl. me. ἐρεθίζω, drážbjm, boh. dráždim, sl. drazjm, ill. irrito, concito, vexo. σαώτερος, zdrawey, zdrawý, boh. sl. sanus. ὥς κε, tatje, ita ut. νέομαι, hnem sa, moveo me, abeo.

33. ὣς, dorice τὼς, tatj, boh. sic. φάμαι, φαμὶ, φημὶ, zwem, sl. zwu, boh. garrio, fabulor. δείω, δεδίσσομαι, δειδίσσομαι, desjm se, boh. sl. terreor, expavesco, cohoresco. ὁ, ow, ill. pol. hic. γέρων, v. Il. 1, 26. πείθομαι, spitomjm, sl. spitomjm, boh. cicurer, obedio. Confer πειθήμων, cum pitomi, cicur, obediens. μῦθος, v. Il. 1, 25.

34. βαίνω, behnu, mor. celeriter eo, curro. ἀκέων, tognt, tranquille. Etymon, ἀκέω, ἀκέομαι, tognim, mitigo, lenio, tranquillo. παρὰ, παραὶ, pri, sl. penes. θὶν, tin, sl. tyn, boh. sepimentum, hic maris sepimentum, littus. πολύφλοισβος, cujus simplex, φλοῖσβος, wlnobitj, boh. fluctus, undae, undarum agitatio; hinc πολύφλοισβος, welewlnobitý, valde fluctuosus, undosus. θάλασσα, pleso, vorago. vortex, altum aquae.

35. πολλὰ, wela, sl. multum. ἔπειτα, opjat, ill. opet, sl. opét, boh. rursus. ἀπάνευθε, ponéce, sl. hic inde, aliquibus in locis. κίων, kiwám, sl. nuto, vacillo. ἀράομαι, horljm, boh. horekám, sl. lamentor, plango 2) fervore exardesco 3) indignor, irascor. Hinc ἀρὴ, hor, sl. hore, boh. moeror, dolor, moestitia, ut Od. 17, 583. ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι. ὁ, ow, pol. ill. hic. γεραιὸς, chorawý, invalidus, debilis, valetudinarius, hinc, senex. v. Il. 1, 26.

36. Ἀπόλλων, v. II. 1, 14. ἄναξ, v. II. 1, 7. τὸν, toho, boh. hunc. ἠΰκομος, cujus simplex κόμη, kosmy, ill. coma. τίκω, fut. τέξομαι, tėžim, boh. fructum percipio, metaph. pario, hinc s anteſtem dhoditi, gravidam esse. 2) feneror; hinc, τόκος, fenus. Λητώ, v. II. 1, 9.

37. κλύω, κλῦμι, slyšim, boh. slúcham, sl. slušaju, ill. audio. μευ, mé, mna, sl. mei. ἀργυρότοξος, compos. ex ἄργυρος, ſtrebro, pol. ſrebro, cr. ill. russ. ſtrébro, sl. strjbro, boh. argentum (germ. Silber a Slavis adoptatum) et ex τόξον, točniſt, boh. circulus tortus. Etymon est točjm, circumago, gyro, torqueo, verso, quod τῷ τοξεύειν, torquere arcum, ex arcu sagittam emitto, respondet. Recte Apollo, polden, meridies argenteus circulus dicitur: nam meridiano tempore sol albicascit. ὅς, koi, qui, v. II. 1, 2. ἀμφιβαίνω, obběhnu, boh. obbehnem, sl. circumeo. ἀμφιβέβηκα, obbjhám, obbjhawám, boh. obběhám, obběhawám, sl. repetitis vicibus circumeo.

38. ζάθεος, zategeni, sl. occultatus, mysticus. v. II. 1, ἶφι, wjbne, sl. late, v. II. 1, 3. ἀνάσσω, panugem, sl. dominor. v. II. 1, 7. sub ἄναξ.

39. εἰ, či, boh. sl. si, an. ποτὲ, poté, potel, sl. ad hoc tempus usque. τοι, ti, boh. tibi. χαρίεις, swárni, sl. pulcher, venustus, amoenus. χαρίεντα, adv. swarne, pulchre, venuste. ἐπὶ, po. νηὸς et ναὸς, nágem, sl. habitaculum, hospitium generatim et speciatim dei habitaculum, templum. ἐρέφω, ſtreywám, boh. tego; ὀροφὴ, ſtrow, boh. sl. tectum. Cum ἐρέφω cognatum est κρύπτω, κέκρυφα, krygu, mor. ſtreywám, tego, operio. Aorist. I. ἐπέρεψα, ἔρεψα, ortus ex poſtreywosam, ill. protreywal som, seu sem, sl. boh. cooperui.

40. ἢ, ili, il, cr. ill. aut. εἰ δὴ, ledi, sl. si. κατὰ, kod, ill. penes, juxta. πίων, pjcnatý, boh. saginatus, pinguis (observa ι longum etiam in pjcnatý.) μηρίον, bjedro, pol. bedro, boh. sl. lumbus. (Ita Lacones dicebant πέδα pro μετὰ) κάω, καίω, kadjm, boh. sl. fumico, fumo oppleo.

41. ταῦρος, twor, boh. res procreata, animans. Haec est primitiva τοῦ ταῦρος, vis, quod ex composit. ἄταυρος, ἀταύρωτος, Aeschyl. Agamn. 254. virgo, quae virum non est experta, quae nihil procreavit, apparet; nam tworjm, boh. procreo, ταυρόω, taurum facio, procreo. Videtur igitur Slavis twor seu taurus κατ' ἐξοχὴν, animans, fuisse. Vel ταῦρος respondet τῷ tworec, twúrec, procreator, qualis est taurus populo rem pecuariam tractanti. Nunc Slavi taurum, beyk, byk, boh. bugák, sl. a βοϊκὸς nominant.

ἠδὲ, tydi, vind. atque. αἶξ, koza, capra (apostrophus τῷ αἰ impositus elisionem τοῦ κ factam indicat) Germ. Gasz seu Geisz a sl. koza descendit) τόδε, toze, sl. hocce. μοι, mi,

boh. mihi. κραιαίνω et κραίνω, hraňim, sl. margino, uti Od. 4, 132. χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράαντο. 2) metor, fines, limites defigo, termino, determino, ut: Od. 8, 291. 19, 567. ἐέλδωρ. Haec forma quidem Slavos deficit; ast substantivum verbale hledeňi, sl. studium, votum, conatus et hledim, studeo alicui rei, cum genitivo ut ἔλδομαι, in usu est. Confer hledám, boh. sl. quaero, conor. et hledaňi, sl. quaesitio, conatus, desiderium.

42. τίω, τιμι, ctjm, boh. sl. honoro, cultu prosequor, ut: Il. 18, 81. τὸν ἐγὼ περὶ πάντων τῖον ἑταίρων, ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ. Confer Il. 4, 257. 9, 378. Od. 14. 84. 2) τίω, τίζω, τίζημι, tjšjm, boh. sl. compesco, sedo, tranquillo, lenio, mitigo, placo, ut: Od. 9, 479. τῷ σε Ζεὺς τίσατο, ideo te Jupiter compescuit. νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην, injuriam patri illatam lenietis. Confer Od. 12, 377. Il. 3, 366. 22, 20. 13, 213. 19, 308. Od. 20, 169. 3) τίνω, τίνυμι, cenjm, boh. ceňim, sl. aestimo, pretium defigo, taxo, ut: Il: 3, 288. εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν, pretium defigere nolint. εἰ δέ μοι οὐ τίσουσι βοῶν ἐπιεικέ' ἀμοιβὴν, si mihi non taxabunt boum congruam remunerationem. Confer Od. 8, 356. 13, 14. 4) τιέω, τίημι, tjžjm, boh. degravo, onero, ut: τετιημένος ἦτορ, τετιηκότι θυμῷ.

δάκρυ, trh, trha, boh. lippitudo. σὸς, dorice, τεὸς, twόg, sl. tuus. βέλος, blesk, boh. sl. fulgor, jubar. 2) Graecis, jaculum. Confer Il. I. 14.

43. ὣς ἔφατο, v. Il. 1, 33. εὔχομαι, wzdeychám mor. wzdychám, boh. suspiro; τοῦ, toho, boh. hujus. κλύω, v. Il. 1, 37. Φοῖβος, wábec, sl. adlector. Hinc φοιβάω, φοιβάζω, wábjm, allicio, elicio. ut: πάθος φοιβάζων τοὺς λόγους, eliciens verba. Φοῖβον ὕδωρ, wábná woda, alliciendi vim habens aqua. Ἀπόλλων, v. Il. 1, 21.

44. βῆ, v. Il. 1, 34. κατὰ, kod, ill. konka, sl. penes, prope (cum genitivo ut κατὰ) κάρηνον, kragina, boh. kragina, sl. regio, plaga, margo, extremitas. χώομαι, chwjm se, boh. commoveor, titubo, palpito, tremo. κῆρ et κέαρ, krew, boh. krw, sl. sanguis, ut: Od. 7, 82. πολλὰ δέ οἱ κῆρ ὥρμαινε. Confer lat. cruor. 2) κῆρ, krw, sl. nex, mors violenta, ut: Od. 17, 82. εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω. Diversum est κορζία, κραδία, καρδία, ferce, pol. ferdce, ill. frdce, boh. cor. German. Herz a Slavico ferce, descendit.

45. τόξον, v. Il. 1, 37. ὦμος, rama; vind. ramo, ramja, ill. rameno, boh. sl. humerus. ἔχω, v. Il. 1, 14. ἀμφηρεφὴς, obkrowení, circumtectus, v. Il. 1, 31. φαρέτρη, futrál, sl. pharetra. German. Futteral a Slavico futrál, originem traxit.

46. κλάζω, hlučjm, sl. sono, persono, strepo. ἄρα, zaraz, sl. protinus, illico. ὀϊστὸς, hadzaci, sl. missile. Etymon

